

# TABVLA RECITATIONVM

IN  
ACADEMIA LVDOVICIANA  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
A DIE XVI. OCTOBR.

CIDCCCCLXXXVII.  
INCHOANDARVM.

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
D. AVGVSTVS FRIEDERICVS  
GVILIELMVS CROME

CVM SENATV.

**D**ecimum exemplum triumphi denegari, quod nunc quidem exhibere libet, non *Littio*, (qui res illo tempore gestas in libro deperdito XVIII historiae suae enarrauit) sed *Valerio Maximo* (Facil. distorumque memorab. II, 8, n. 2) debemus. A. V. C. DXII A. *Manlio Torquato Arrico*, & *Luatio Cercone* Coss. anno belli Punici primi ultimo classis Carthagenensium a Romanis prope insulas *Aegates* ita fusa fugataque est, ut *Poeni* pacem qualemcunque implorare cogerentur, propter quam victoriam insignem, quae bello isti cruento post viginti tres annos finem imposuit, *Luatio*, qui classi Romanae cum imperio praefuerat, senatus meritum triumphi navalis honorem haud cunctanter decrevit. Atat *Q. Valerius* praetor, qui eidem praelio interfuerat, quique sibi haud exiguam pugnae prosperae gloriam vindicabat, idem triumphi decus sibi tribui postulavit, atque se, dum consul aegrotus in lectica durante praelio cubuisset, omnibus interea imperatoris partibus functum esse asseveravit. De qua re *Luatius* senatum ne quidem deliberare passus est, sed potius iura magistratus sui summo studio propugnauit, & iniuste a *Valerio* triumphum flagitari contendit, quoniam praemio illo virtutis insigni minorem praetoris, qui non fuis, sed consulis auspiciis pugnarit, potestatem maiori consulis aequari minime deceret. Etsi enim *Valerius* magistratu maiore, pariter, ac consul, functus esset, imperium tamen non penes illum, sed penes consulem, ipseque consulis ductui subiectus fuerat. Quum uterque causam suam pertinaciter defenderet, & altercatio coram senatu ingens oriretur, *Valerius* tandem, ut semetipsum de iure suo certissime persuasum esse ostenderet, non solum arbitrum constitui postulavit, sed etiam sponsonem (certationem pignorum, ni res ita se habeat, stipulationem certae pecuniae, quam perderet, qui vinceretur, eius *Verse*) proponere ausus est. Lacesiuit igitur *Luatium* formula hac spondendi recepta: Visne, *Luati*, aliquantum pecuniae spondere, quam mulctae loco solves, simulac argumentis a me allatis apparebit, *Poenorum* classem non tuo ductu deletam esse? Quam quidem stipulationem *Luatius* confidenter accipiens dixit: Spondeo, statimque restipulationem addidit, similiter *Valerium* quaerens, num eandem summam spondeat, ni suo ductu Carthagenenses victos esse docere possit. Postquam *Valerius* idem sponderat, utroque consentiente *M. Atilius Calpurnius* (vir grauisissimus, qui A. V. C. CCCXCVII iterum consul, & A. V. C. DIV dictator fuerat) iudex huius causae electus est. *Valerius* primus coram eo argumenta exposuit, quibus euincere conabatur, sua potissimum opera victoriam reportatam fuisse. Antequam *Luatius* argumenta *Valerii* refellere inciperet,

*Calpurnius* ipse proprio motu quaestiones nonnullas methodo Socratica proposuit, quibus *Valerium* ita urgebat, ut *Lutarius* deinde verbosa causae suae peroratione prorsus supersedere potuerit. Primo nempe index *Valerium* interrogavit, num, si de *ineunda* pugna inter eum summumque ducom disceptatum fuerit, *consulis*, an *praetoris* sententia praevalesceret? *Valerius* negare haud potuit, *consulis* imperio tunc rem dirimendam fuisse. Porro *Calpurnius* quaesivit, num, si uterque consul & praetor, antequam praelium inceperint, augures de coelo servare iussissent; vnique aues addixissent, alteri infausta omnia ab auguribus nuntiata fuissent, *consulis*, an *praetoris* auspicio exercitus steterit? *Valerius* iterum omnia a consulis auspiciis pendere affirmare cogebatur, probe gnarus, *minora* auspicia apud Romanos maioribus nunquam non obscurata fuisse. *Calpurnius* statim addidit, quam sibi non res singulae, vel a *Lutatio*, vel a *Valerio*, gestae examinandae, sed haec tantummodo pronuntiandum sit, cuius ductu hostes superati fuerint, quumque *Valerius* ipse *consulem* imperio & auspicio maiore instructum fuisse confiteretur, sese iam, etsi vna solum parte audita, sententiam dicere posse. Sine vlla dubitatione igitur index *Lutarium*, quamvis in hoc iudicio ne verbum quidem dixisset, sententia sua absolvit, mirifice, iudicante *Valerio Maximo*, quod in tam manifesto iudicio tempus teri longiore rixa non passus sit. Q. *Valerius* arbitrio isto acquievit, & *Lutarius* summa promissa ditior discessit. — *Undecimum* exemplum *triumphi* denegari ex eodem *Valerio Maximo* II, §. n. 3 deprimimus. A. V. C. DXXXVIII Q. *Fulvius Flaccus* (anno ante consul tertium creatus) cui tanquam *proconsuli* imperium prorogatum fuerat, *Capnam* florissimam civitatem, quae ante quinque annos ad Carthaginenses defecerat, hostibus tandem eripuit, ac in ditionem Romanam redegit. Cuius merita de republica etsi tam insignia claraque essent, ut imperium aequale cum consulibus ipsi tribueretur, *triumphi* tamen, quem petiit, compos fieri non potuit, non obtestatione quadam senatus, (patres nunquam invidiam aditum in curiam permisisse, oratorie magis, quam vere, a *Valerio Maximo* contenditur) sed ad observandum iuris recepti rigorem, quo pro *aucto* imperio, non pro *recuperatis*, quae populi Romani fuissent, *triumphus* decernebatur. — Simillimum omnino est *duodecimum* exemplum, quod *Valerius Maximus* ibidem subiunxit. L. *Opimius* nempe, praetor, qui A. V. C. DCXXXI *Fregellas*, oppidum *Volscorum*, propter seditionem ibi obortam oppugnabit, in ditionem recepit, atque diruit, *triumphum* ambiens eandem ob causam, ac *Fulvius* ille, repulsam tulit. — Alia exempla futuris reservamus praefationibus; iam enim tempus est, huic praefationi finem imponere adhortatione solita, qua Vos, *Commilitones aeternarum*, admonendi estis, velitis per semestrem instans occasione exoptata, vii, quam praefationes a Professoribus Academiae nostrae habendae Vobis offerent, ingenia Vestra nutriendi, acuendi, pollicendi, atque ad res olim in republica agendas praeparandi.



### LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD semestri hoc hiberno hora VIII. matutina b. DOEDERLEIN *Entwurf der Christlichen Sittentehre*, senis per hebdomada diebus, praeeget; hora II. pomeridianam quater per hebdomadam *potiores fidei articulos per argumenta biblica, ex utriusque foederis libris ope bonae exegeticae seligenda, semotis theologorum hypothesebus arbitrariis omnibus, firmabit*; ea in hoc negotio methodo usus, quam auditores sui iam, ut satis probatam, adhuc comperti sunt. Offert quoque *scholas examinatorias & disputatorias*, si discipulorum diligentia, & alacritas conatibus suis responderint.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VIII - IX Matthaei Evangelium interpretabitur. Hor. IX - X praeepta theologiae moralis tradet. Hor. X - XI historiam ecclesiae Iesu Chr. antiquiorem ex *Walchio* narrabit.

CAR. CHRISTIAN. PALMER quinque dieb. hor. IX. theologiam dogmaticam hor. X. theologiam moralem, binis dieb. h. VIII. introductionem in libros V. T. h. XI. encyclopaediam theologicam tradet.

### LECTIONES IVRIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Pandectas* ex HELLFELDIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis consuetis tradet. *Disputatorium* quoque & *Examinatorium* offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. VIII-IX. *Ius publicum Imperii R. G.* Hor. X-XI. *Processum summorum Imperii tribunalium* PÜTTERO praeunte docebit. Hor. II. *Ius feudale* ROEHMERO duce tradet. Hor. III. habebit *Collegium elaboratorio-practicum*, diebus Lunae, Mercurii & Veneris; alternis vero diebus *Ius mercatorum & cambiabile* ex libris suis, tradet.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP hora II-III. *Ius Germanicum priuatum* duce SELCHOVIO, hora III-IV. *historiam imperii R. G.* praeunte PÜTTERO, tradet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BÜCHNER. Hora VIII-IX. praelectiones ad *Heineccii elementa iuris ciuilibus secundum ordinem institutionum* habebit. Hora X-XI. *historiam iuris* duce SELCHOVIO docebit.

### LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX-X. *Physiologiam*, duce Metzgero, explicabit. H. X-XI. *Examinatorium* offert.

D. CAROL. GVIL. CHRISTIAN. MÜLLER *privatim* h. X-XI *materiam medicam* & h. XI-XII *Therapiam specialem* tradet. *Priuatissime* *Mineralogiam* & *historiam naturalem* offert.

D. ERNESTVS SCHWABE docebit *Medicinam forensis*, duce Fafelio, & *Diaeticam*, secundum Hufelandii *Macrobioticam*; offert *Praelectiones in Pathologiam*, secundum Gaubium, & *Artem obstetriciam*, secundum Steinium.

D. IOANNES FRIDERICVS SIEGESMVND POSEWITZ, per semestre, quod instat, hyemale temporis spatium, scholas offert *osteologicas*. In theatro anatomico, *demonstrationes partium corporis humani* habebit, atque *anthropologiam*, *chirurgiam* atque *artem obstetriciam* proponet.

### LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II-III *Antiquitates Romanas* duce Rullmanno enarabit. Hora III-IV nonnullos *Liuii* libros illustrabit; Hora IV-V *Encyclopaediam scientiarum omnium vniuersalem* e libro suo *Abriß der Gelehrsamkeit* tradet; Hora V-VI *initia Rhetorices* praeunte Ernestio docebit, ad alia quoque paratissimus — *Bibliothecam publicam* diebus horisque conuictis aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER *Histor. P. P. O.* *Historiam ecclesiasticam N. T.* ad ductum Schroeckii hor. VIII. *Historiam vniuersalem* hor. XI. *Historiam Statuum Europae* hor. II. ad *Compendia* a se edita docebit.

GVILIELMVS FRIDERICVS HEZEL LL. OO. P. P. O. offert *institutiones linguarum Hebraicae & Arabicae grammaticas* hor. X. *Exegeticas*, interpretaturus *vaticinia Messiana* hor. XI. paratus insuper & ad explicanda quaedam N. T. volumina *Sacra & carmina aliqua Graeca Selecta*.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oecon. & scient. Cameral. P. P. O.* 1) Hora XI-XII. *Oeconomiam ruralem*, ad *Becmanni Compendium*: Hora III-IV. *Scientiam*, quam dicunt, *forestalem*, (*Forstwissenschaft*,) Hora IV-V. *Statisticam*, ut dicunt, *omnium Europae regnorum*, *Sprengelio* duce, exponet. Ad alia quoque paratus.

IO. FRIDER. ROOS, Philof. D. & P. P. O. *Historiam* regnorum & rerumpubli-  
carum *Europae* recentiore, *Galletto* praecunte, h. XI.; *Historiam* quam dicunt  
*uniuerfalem*, *Beckio* duce, h. I. enarrabit. *Plutarchi Moralium* partem I., ex re-  
censione *Wytenbachiana*, interpretabitur; *Anglicae* etiam linguae studiosis operam  
haud denegaturus.

GEORG. FRID. WERNER, sc. mil. P. P. O. *Mathesin puram* docebit, si  
vires graui morbo fractae sufficient.

FRID. LVDOV. WALTHER, P. P. O. Oeconomiam ruralem ad Compendium  
suum hor. IX - X. tradet, Oeconomiam forestalem hor. XI - XII. docebit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, P. M. P. O. Physicam experimentalem (nach  
Erleben), Mathesin puram ex compendio suo, horis, valuis publicis adhuc indi-  
candis, priuatim docebit.

I. C. G. SCHAVMANN I, Logicam ac encyclopaediam philosophicam hor. II - III  
II, Ius naturae hor. III - IV III, Ethicam philosophicam h. I - II ad compendia sua  
tradet. Praelectiones *publicas* suo tempore significabit.

#### LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERICVS GVIL. DAN. SNELL, Philof. P. P. E. O. Hora X - XI *mathe-  
sin puram*, III - IV *mathesin applicatam* IV - V *logicam & metaphysicam* tradet.

IO. GEORG. FRID. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. Hor. X. Philosophiam reli-  
gionis tradet librum celeb. Schmidii: *philosophische Dogmatik* sequuturus. Hor. III.  
Librum Iobi interpretabitur.

FRANC. THOM. CHASTEL, P. Ling. Gall. P. E. O. Mane hora VIII - IX *funda-  
menta* linguae gallicae, ad filum suae minoris grammaticae, ponet, post meridiem  
*conuersatorium* instituet collegium hora I - II. secundum nouas res gallico idiomate  
conscriptas, sero autem V - VI *elaboratorium*, ad filum, libri cui titulus: *Haupt-  
grundsätze der Französischen Sprache*, aperiet, & ceteras diei horas priuatissimis le-  
ctionibus deuouebit.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT, praelectionibus publicis *Historiam Haf-  
siae*, priuatis vero *Historiam Ecclesiae Christianae* ab Iesu nato ad finem seculi  
XVti vsque narrabit.

D. CAROL. GROLMAN, per instans semestre hiemale singulis per hebdomadem  
diebus hor. VIII - IX. priuatim ius criminale tradet -- hor. X - XI. examinatorium in  
Pandect. instituet. Publicas insuper praelectiones supra praecognitis iuris criminalis  
singulis diebus Lunae & Mercurii hora pomeridiana I. instituendas, offert & commi-  
litionibus praelectiones priuatas aut priuatissimas super aliis iurisscientiae partibus de-  
siderantibus haud defuturum sese esse, pollicetur.

D. ERN. LVDOV. WILH. NEBEL. th. anat. profect. Morbos atque operationes  
chirurgicas in pecoribus institui solitas explicabit h. VIII, cl. *Abildgaard* libellum  
sequuturus. Therapiam catholicam cum semiotice coniunctam tradet h. III, prae-  
cunte cl. *Ploucquet*.

---

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta *equitandi, pugnandi gladio,  
saltandique palaestra, Anglicae, Gallicae & Italicae* linguae scholis, per magistris eorum  
peritissimos, publice constituros, abunde prospectum est.